

## Sermo

## XXXI

umphator. Qui cum patre et spiritu sancto  
vivit et regnat deus etc.

**Feria. vj. post tertiam dominicam  
in quadragesima de conversione sa-  
maritane. Expositio evangelij  
sui mysticum sensum. Ser. xxxj**

**Mihi bibere**

Jo. iij. et in euangelio hodie-  
no. Adira quippe et admiranda  
sapientia saluatoris: in hoc quod se-  
pe animam ex amore querentem illum et toto de-  
siderio inardescentem ad eum fugere et obdure-  
scere parer. Ac quoniam aliam animam vel eandem in-  
sectari videtur. que suis inspirationibus ac voca-  
tionibus quasi toto conamine tradidit. Et de-  
as abar. xv. quod mulier chanaanica affectione  
feruens. sollicitudine querens. clamoribus pe-  
tens filiam. id est animam suam saluari deposcit.  
Et nihilominus iesus fugit obmutescit. et spre-  
vit velut canes. et eam quodammodo abhorre-  
re apparet. Et contra hanc samaritanam in sectari  
videtur etiam suis inspirationibus renitentem  
ait enim illi. Da mihi bibere. Ad litteram. Quasi  
dicat. Fatigat sum ex itinere. quiesco lassus  
expectans: quod ad hunc fontem quisquam hauri-  
turus accedat. tu me hic sedente primo muli-  
er aduenisti. Sitio. Quod da mihi bibere. Sive  
salutis avidus dominus iesus christus. fide magis  
quam aquam bibere cupiebat. Et in hoc mys-  
tice designat quod spalia nos derelinquere petit  
quo ad perfectos: vel largiter dispensare quo  
ad alios. ut per hoc possemus sua spiritualia su-  
scipere spalius amore sublato. Felix mercatio  
christo dare nostra vitia et peccata: et eius ac-  
cipere gratias et virtutes. Felicitior possidere  
celestia per terrenis. Felicissima christum possi-  
dere per nobis. Ad hunc finem samaritanam  
et quilibet animam dominus ducere percipit: id sub-  
dit postulat dicendo. Da mihi bibere. Tripli-  
cem amoris statum in anima sine desiderio  
dominus iesus christus: quod in serie presentis euange-  
lij per ordinem mystice descriptus est. Primus  
est amoris incipientia. secundus est amoris per-  
fectus: tertius est amoris perfectus. De quibus in  
persona samaritane prophetam in psalmo. xvj. ad dominum  
dicit. Probasti cor meum et visitasti nocte: Ec-  
ce primum. Agne me examasti et non est inu-  
ta in me iniquitas: ecce secundum. Et non loquat  
os meum opera hominum: ecce tertium. Quod  
verbum potest esse ibema in euangelio oc-  
currenti.

**Articulus primus de amore  
incipienti et de triplici illumina-  
tione eius.**

**p** Rimus est status amoris incipie-  
tis. Cuius propheta ait. Probasti cor  
meum et visitasti nocte. Triplex il-  
luminatio fidei. probando et visitando illumi-  
nat dominus nos ierusalem christus noctem tene-  
brosum humani cordis. Prima est christi in  
carnatio. secunda christi puerfatio: tertia christi  
consummatio: que in serie euangelij mystice de-  
clarantur.

**Quod lux fidei incarnati verbi  
humani illuminat intellectum**

**Capitulum. j.**

**p** Rima illuminatio est christi incar-  
natio: quia per suam incarnationem  
lux in tenebris lucet. De quo Jo.  
iij. in euangelio hodierno mystice ait. Venit  
iesus in civitatem samarie. id est in territorio eius  
que. id est civitas samarie dicitur sychar. Secundum  
et hieronymum. lib. i. hebraicarum questio. vitiose  
error involuit ut legitur sychar: dicitur enim he-  
braice sychen. Juxta vero grecam et latinam con-  
suetudinem sychima declinata est: et est nunc non  
subdit metropolim samaritanorum. Venit inquam  
iuxta predictum quod dedit iacob filio suo ioseph  
ben. xlvij. in fine. Et secundum hieronymum. et alios do-  
ctores hoc predictum fuit tota civitas. Mystice sy-  
char interpretatur humerus sive labor. Ad hanc  
autem civitatem venit iesus quoniam verbum caro fa-  
ctum est et habitabit in nobis. Tunc enim suppo-  
nit humerum suum laboribus misericordie. Pre-  
dictum ergo quod dedit iacob ioseph filio suo est  
incarnationis mysterium: quod iacob futurum pre-  
nunciavit esse in christo in omni gloria et gloria pre-  
oibus incomparabiliter aucto. Ioseph autem in-  
terpretatur auctus. Erat autem ibi fons iacob et  
puteus: Ad litteram autem dicitur esse fons iacob:  
tum quod ipse foderat. tum quod fuerat dominus eius  
longo enim tempore stetit circa sychen sicut colligitur  
ex ben. xxxvij. Nam divina facta est nubilis  
etatis que tunc vivebat triennis vel quadriennis quoniam  
iacob venit in sychen sicut ex predictis quoniam  
capillis colligitur. Mystice ad puteum terrenorum  
christus advenit: cum carne assumpta sustinet ad  
illam curam habuit: propter quod sicut. j. patebit aqua  
petit ut medicus.

**Quod radiosa christi conversatio  
si fidei oculo consideret illumina-  
nat cor humanum. Capitulum. ij.**